UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. xi. De molestiis & onerib[us] c[on]iugioru[m] s[ecundu]m hieronymum & alios pho[n]s: & de pernitie libidinis: de mulier[is] ephesine & si[im]iliu[m] fide.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70332

Visual Library

nimis mihi arduus/& temerarius/infirmioribus animis videt
cum baccho/immo & cum quauis voluptate cõgreſſus. Si loth
vir iuſtus & modeſtos qui de ſodomorum eriperet incẽdio im
pellente vini ſtimulo corruit in inceſtum. Si noe femora denu-
dauit fide & perſeuerantia boni/ſubtract⁹ diluuio. Alter huma
ni generis pater:& ſalutis opifex/quis tuto cõgreditur? niſi for-
te ſeipm̃ tantis patribus ducat preferendum: vt tamẽ platonis
non reluctemur edicto congredi cum voluptate ſit fortius dum
tamen ſit tutius fugere & illius declinare conflictum. Nec me
mini inueniſſe queq̃ de prouocatoribus voluptatũ quẽ non lege
rim cecidiſſe. Eo forte ſpectãt figmenta poetica:que orgia ſine
furore tranſacta non recolũt/ nec erubeſcunt ſacra bachi cruore
parricidii/& multiplicib⁹ flagitiis maculare. Eſt preterea in cõ
uiuiis obſeruandũ:vt inſtruende familie & domus regende cu
ra:& ſeruilis obſequii/moderatio vni alicui demandetur ne qd
ineptum & imparatũ appareat:ne quid ſtupendum aut erube-
ſcendum emergat:ne dominum oporteat ad ſe gerendorum re
uocare ſollicitudinem:& vt dici ſolet/quaſi in humeris portare
conuiuas. Vitet etiam qui conuiua cautus eſſe voluerit: conſi-
liandi conſuetudinem verbiq; ſecreti faciendi morem : eo ꝙ in
conuiuiis:id eſt iocundo amicorum conuiuantium cetu debent
omnia eſſe nuda:& in amore & fide nichil debet eſſe abſcondi-
tum:ſed ſi fieri poſſet oculos in pectora ſua inuicem mutuo trãſ
ferre conſpectum. Nullus enim locus actitandis conſiliis: aut
vix vllus ineptior eſt. Siquidem verba ſecreta ſolent aſſidenti-
bus excluſis eſſe moleſta. Nam ipſa excluſio habet imaginem
diffidentie. Sed in his que palam dicuntur fideliter exequendũ
erit:quod in libro primo de analogia ſcripſit Gayus claudi⁹ ce-
ſarvir excellentis ingenii magneq; prudentie. Ait enim. Tanq̃
ſcopulum naute fugiunt:ſic fugiendum eſt infrequens & inſo-
lens verbum. Et quidem numerum conuiuarum expreſſerunt
antiqui:vt nec pautiores eſſent q̃ gratie que claudũtur ternario
nec plures q̃ muſe:id eſt nouẽ:aut in ſumma gratiarum & mu-
ſarum explerent numerum ad duodenarium aſcendẽtes. Opti-
nuit tamen apud eos qui rectius intuentur: vt in his officiũ pa-
triſfamilias latiſſime pateat.

Geneſ.xix.
Geneſ.ix.
De noe q̃ pro-
pter vinum fe
mora denuda-
uit.

Nõ conuiuijs
architricliniũ
preferendũ/ꝛ
cauſam.

Nõ ꝯſilia ꝛ ſe
creta debere
eſſe a cõuiuijs
aliena.

Nõ quãt⁹ eẽ
debeat nume-
rus ꝯuiuarũ.

¶ De moleſtiis & oneribus coniugiorum ſm
Hieronymum & alios philoſophos:& de perni
cie libidinis: Et de muliere Epheſina ſimilium
fide. Capitulum.XI.

SIcut ergo ſobrietas in ꝯuiuiis neceſſaria eſt ita rebus
oibus neceſſe ē adeſſe modeſtiā. Siquidē de ſaturita-
te libido: de libidine īmundicia & multiplex ꝑnicies
generat̃. At ex his nihil niſi dolor penitudinis ſeq̃
& bene agit̃ cū merentibꝰ ſi fructuoſa ſit penitudo: vn̄ hebetati
cordis videt̃ opinio/ q̄ ſine expletione libidinis diffinit ꝑfectam

Epicureorum turpitudo circa voluptates

non eſſe voluptatē. Tradit̃ hoc ſenſiſſe epycurꝰ: ſed qcquid gre-
gis illius grinniāt ſues tā immūdā & tā funeſtā vocē nulli philo
ſophorū arbitror placuiſſe/ nedū epycuro qui tātus fuit: vt inter
philoſophos ꝓpriā fecerit ſectā. Sūt eiꝰ auctore ſeneca egregia
multa que paſſim poſſūt apud philoſophos īueniri: & ꝑ ꝑte ex-
preſſa ſūt & geſta in libro q de veſtigiis ſiue de dogmate philo-

Nō de ſilleno ſene luxurioſo reuocato a luxuria ꝑ ruditū ſui aſini.

ſophorū inſcribit̃. Sill eni ſenis inueterati videt̃ amētia potius
q̄ ſentētia philoſophi/ & eſt certe aſello cui īſederat brutior/ cui
hoc nequitia potuit ſuadere. Idipm̄ forte innuūt figmēta genti
liū q deliru ſenē vino eſtuantē: aliis nature obtēpantibꝰ & qete
feſſa recreantibꝰ corpora locide/ pre ceteris captū referūt/ & tan
dem cū oim̄ irriſione quē nec etas nec verecūdia refrenabat aſi

Voluptatis licētia in federe cōiugali.

ni ſui rugitu reuocatū. Oīs ergo voluptas libidinis turpis ē: ea
excepta que excuſatur federe cōiugali & indulte licētie bn̄ficio

Nuptie vnde dicunt̃.

quicquid erubeſcētie poterat ineſſe abſcondit. vn̄ & nuptie a nu
bēdo dici maiores tradiderūt: quia pudēda hūane infirmitatis
nubit: id eſt abſcondit. vt ait nonius marcellꝰ indulgentia legis.

Cōiuges q̄re in eccleſia pallio cooperant̃. Faces ꝛ lūinaria q̄re in mr̄imoniis accendūtur.

Inoleuit etiā cōſuetudo: vt quos in cōmerciū carnis/ eccleſie iun
git auctoritas/ pallio velētur altarꝭ: aut alio ab eccl̄ia ꝯſtituto: vt
thorus q xp̄o ꝯciliāte cōſtruit̃ ſit in fide caſtitatis: fragilitatꝭ ſue
maculas ꝯtegat: vt totiꝰ ſit ꝓbri aut cōfuſiōis ignarꝰ. Preferunt̃
& faces: lampades: & lumīaria accendūtur/ quia geminū thorū
qui palā & nō ſua libidine vrgente: ſed honeſta cōſentiētiū volū
tate ſternitur: decꝰ boni cōiugalis illuſtrat. Nā & hymeneꝰ lucē
amat/ & alacer pharetrat puer cupido furtiuā ſuccendēs flāmā

Matrimonij onera.

latebras & āgulos q̄rit. Licet aūt honeſta ſit & vtil̄ copula ma-
rital̄ āguſtie q̄ letitie fecūdior ē: parit eni in dolore vl̄ filios: nec
aliquē fructū ꝓducit quē nō amaritudo ꝑcedat aut ſeq̄tur. Vnde

Socratis conſiliū an accipienda ſit vxor vel non.

referēte valerio. Socrates hūane ſapiētie quaſi quoddā terreſtre
oraculū: ab adoleſcētulo quodā ꝯſultus vtrū vxorē duceret: an ſe
oī matrimonio abſtineret. Rn̄dit eū vtrū eoꝝ feciſſet acturum
ꝑniam/ hic te (inq̄t) ſollicitudo: hic orbitas: hic gn̄is interitꝰ/ hic
heres alienꝰ excipiet/ illuc ꝑpetua ſollicitudo/ cōtextꝰ querelaꝝ
dotis exprobratio: affiniū graue ſupciliū/ garrula ſocrus: lingua

ſubceſoria alieni matrimonij/incertus liberorū euētus. Nō paſſus eſt iuuenē in cōtextu rerū aſperarū q̄ſi lete materie facere delectū. Cōcinit in hūc modū totus recte philoſophantiū chor⁹: vt ſi qui xp̄iane religionis abhorrēt rigorē: diſcāt vł ab ethnicis caſtitatem. Nō tñ q̄d cōiugali detrahā caſtitati: ſed centeſimū: vł ſexageſimū fructū licet de radice triceſimi orianť minime arbitror triceſimo ꝓponēdū. Zeno eputet⁹ ariſtotiles cricola⁹ & epicureorū q̄plurimi tradūť poſteris hanc publicaſſe ſentētiā. Fertur auctore hieronymo aureol⁹ theophraſti liber de nuptiis in quo q̄rit an vir ſapiēs ducat vxorē. Et cū diffiniſſet ſi pulchra eſſet/ſi bene morata: ſi honeſtis parētibus orta: ſi ip̄e ſan⁹ & diues ſic ſapientē aliq̄n inire matrimoniū/ſtati intulit. Hec autē raro vniuerſa in nuptiis concordant. Nō eſt igiť vxor ducēda ſapiēti/primū eni impediri ſtudia philoſophie/ nec poſſe queq̄ libris & vxori pariť inſeruire. Multa eſſe que matronarū vſib⁹ neceſſaria ſunt: p̄cioſe veſtes: aurū: gēme: ſūptus: ācille: ſuppellex varia: lectice & exedra deaurata. Deinde per totas noctes garrule cōqueſtiones. Illa ornatior ꝓcedit in publicū. Hec honoratur ab oibus. Ego in cōuentu feminarū miſella deſpicior. Cur aſpiciebas vicinā? Quid cū ācillula loquebaris? De foro veniēs quid attuliſti? nō amicum habere poſſumus/non ſodalem? Alterius amorē ſuū odiū ſuſpicať. Si doctiſſimus preceptor i qualibet vrbium fuerit/nec vxorem relinquere: nec cū ſarcina ire poſſum⁹ pauperē alere difficile eſt: diuitē ferre tormentū. Adde ꝙ nulla eſt vxoris electio ſed qualiſcunq; obuenerit habēda: ſi iracūda: ſi fatua: ſi deformis: ſi ſuperba: ſi fetida: quodcūq; vitii eſt poſt nuptias diſcimus. Equus: aſinus: bos: canis/& vilia mancipia: veſtes quoq; & lebetes: ſedile ligneū: calix & vrceolus fictilis/ꝓbātur prius: & ſic emuntur: ſola vxor non oſtenditur: ne āte diſpliceat q̄ ducatur. Attendenda eſt ſemper eius facies & pulchritudo laudanda: ne ſi alteram aſpexeris: ſe eſtimet diſplicere. Vocanda domina: celebrandus natalis eius/ iurādum per ſalutem eius: vt ſit ſuperſtes/optandum: honoranda nutrix eius & gerula: ſeruus paternus: & alūnus: & formoſus aſſecla: & procurator calamiſtratus/& in longam ſecuramq; libidinem exſectus ſpado/ſub quibus nominibus adulteri deliteſcunt. Quoſcunq; illa dilexerit ingrati etiam amandi. Si totam ei domum regendam commiſeris. ſeruiendum eſt ei. Si aliquid arbitrio tuo reſeruaueris: fidem ſibi non haberi putabit: & in odium ac iurgia vertetur. Et niſi cito conſuleris parabit venena. Anus:

Zeno.
Ariſtoteles.
Verba hieronymi de oneribus mr̄imonij ſm aureolum theophraſtū i lib. de nuptijs
Nota verbū de vxore ducēda.

& aurifices & ariolos & īſtitores gēmarum:ſericarūq; veſtium ſi intromiſeris:periculū pudicitie eſt:ſi prohibueris ſuſpitionis iniuria. Verū quid prodeſt etiam diligens cuſtodia:cū vxor impudica ſeruari non poſſit:pudica non debeat? Infida enī cuſtos eſt caſtitatis neceſſitas:& illa pudica vere dicenda eſt/cui licuit peccare ſi noluit. Pulchra cito adamatur:feda facillime concupiſcit. Difficillime cuſtoditur quod plures amant. Moleſtum eſt poſſidere quod nemo habere digne᷑. Minore tn̄ miſeria deformis habetur q̄ formoſa ſeruatur:nihil tutū eſt in quo totius populi vota ſuſpirant. Alius forma/alius facetus/ alius ingenio/ alius liberalitate ſollicitat:aliquo modo expugnatur qđ vndiq; inceſſitur. Qꝫ ſi propter diſpenſationem domus & languoris ſolacia/& fugam ſolitudinis ducunt᷑ vxores:multo melius diſpēſat ſeruus fidelis/obediens auctoritati dn̄i: & diſpēſationi eius obtemperās q̄ vxor:que in eo ſe eſtimat dominam ſi aduerſus viri fecerit voluntatem.i.quod placet:nō quod iubetur. Aſſidere aūt egrotāti magis poſſunt amici/& vernule bn̄ficiis obligati q̄ illa que vobis lachrymas ſuas imputet: & hereditatꝭ ſpe vēdat illuuiē & ſollicitudinem iactans languenter animū deſperatione conturbet. Qꝫ ſi languerit:coegrotandū eſt & nunq̄ ab eiꝰ lectulo recedēdum. Aut ſi bona fuerit & ſuauis vxor que tamē rara auis eſt cum parturiente gemimꝰ:cū periclitante torq̄mur
Sapiēs quid. Sapiens autem nunq̄ ſolus eſſe poteſt: habet ſecum omnes qui ſunt:quiq; vnq̄ fuerunt boni:& animū liberū quocūq; vult transfert. Quod corpore non poteſt cogitatione ꝯplecti᷑. Et ſi hoīm inopia fuerit loquitur cum deo. Nunq̄ minus ſolus erit: q̄ cū ſolus fuerit. Porro liberorum cauſa vxorem ducere: vt vel nomē noſtrū non intereat:vel habeamꝰ p̄ſidia ſenectutis & certis vtamur heredibus ſtolidiſſimū eſt. Quid enī ad nos pertinet recedentes e mūdo ſi noīe noſtro alius non vocetur: cū & filius non ſtatim vocabulū patris referat/& innumerabiles ſint qui appellentur eodē noīe? Aut que ſenectutis auxilia nutrire domi: qui aut prior te forte moriat᷑:aut peruerſis moribus ſit: aut certe cū ad maturā etatem peruenerit:tarde ei videaris mori? Heredes autem meliores & certiores ſunt amici & propinqui quos iudicio eligas:q̄ quos velis nolis habere cogaris. Licet certa hereditas ſit dū ad viuis bn̄ vti ſubſtantia tua:q̄ tuo labore queſita ī incertos vſus relinquere. Hec & huiuſmodi theophraſtus que vel ſola matrimoniorū āguſtias & calamitates exq̄ſite dulcedinis ſufficiūt explanare. Scite fertur dixiſſe. P.clodiꝰ / quia improbe

neptūnū accuſat qui iterū naufragiū feci. At non illud inelegā-
tius diceret quia īprobe venerē cauſat aduerſam: qui ſecūdā du
cit vxorē. Quis eni ei cōpatiet qui ſemel exutus a vinculis ſe
reuoluat ad cathenas? Plane indignus eſt libertatis honore &
quiete qui ad excuſſum ſeruitutis iugū recurrit. Vnde mōſtris
ſimile eſt ꝙ hi qui non modo philoſophie/ſed & religionis ſibi
vēdicant nomen arceri nequeūt ab amplexibꝰ mulierū. Sepe
eteni qui anteꝗ nomen ꝓfiteret alterutrū: ſi tn̄ hec religio ſcꝫ &
philoſophia numerū faciūt: cū ſine religione nemo recte valeat
philoſophari cōtinētiſſime vixit cū in aliquē gradū ꝓmotꝰ eſt/
nactuſqꝫ quietē prime & ſumme deliberationis acumē exercet/
in eligenda vxore vel ducēda: aut qđ nequiꝰ eſt vicinorū matri
monia ſollicitare & corrūpere nō veret. Erūpit interdū inuere-
cūda intēperies mulierū: quia vt ſcribit herodotus: mulier cum
veſte deponit & verecūdiā. Erūpit inquā īpudēs: & in facie eru
beſcentiū populorū genialis thori reuelat & denudat archana:
et de mariti frigiditate ꝯquerit allegans hāc ſufficientē & eui-
dētem repudii & diuortii cauſam ꝙ ſemiuir eſt & inutilis ma-
trimonio qui nō eſt prōptus ad coitū. Elegāter quidē Gaufridꝰ
de herou villa familiaris nimis vniꝰ taliū in cauſa hmōi cōfudit
audaciā. Cum eni ei datus eſſet patronꝰ a iudice celebraturo vt
putabat diuortiū/& mulier generoſa audiētibus amicis & ſuf-
fragatoribꝰ/aduocato vt ſit diligētius merita cauſe ſue expone
ret/ſcrutatꝰ eſt ab ea vir prudēs an alium maritum quādoqꝫ ha-
buerit. Qđ cū illa negaſſet queſiuit iterū an adhuc virgo eſſet
dicēs hoc ſibi inquiſitu & ſcitu pernecesſariū: ne a diſcreto iudi-
ce caperet occaſione aliqua in ſermone. Illa vero hoc verecūde
tn̄ eo ꝙ ſibi nō bene credebat aſſeruit. Et ille an ſimul de nocte
dormire cōſueuerint: & ſe inuicē oſculari & amplexari maritus
et ipſa/inquiſiuit: que illa cū oīa fateret: vnde ergo inquit pa-
tronꝰ noſti virgo pudiciſſima/prudentiſſima/& pudoratiſſima
ꝙ efficacē tecū nō impleuerit virū: & totius matrimonii iura ꝑ
ſoluerit? Quis te docuit quid ſit coitus: vt eū tecū coiiſſe neges
inter tot oſcula/tot amplexus qui te ꝑ libitu quotiēs voluit per
tractauit licētia maritali? Nam & quedā animātia certū eſt ſe
inuicē oſculādo miſceri: alia ſe tāgendo tenuiter cōcipiūt/et ſūt
que ſuo grauidāte calore ab aere tēperato impregnātur & pari-
unt. Hec audiēs illa tādem erubuit: hoc ſolū dicēs ſe quid ad hu
iuſmodi captiones reſpōderet nō habere. Sed bene cū philoſo-
phantibus id eſt cum clericis agitur ꝙ nemo eorū frigidus eſt:

De inhoneſta tibꝰ mulierū.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De cicerone q̃ ſecũdã vxorẽ ducere recuſauit.

aut in iudicio pfuſus huiuſmodi macula. Cicero rogatꝰ/vt poſt repudiũ terentie/ſororem hircii duceret/omnino facere ſuperſedit / dicẽs non poſſe philoſophie & vxori pariter operam dare.

De philippo q̃ excluſus ab vxore tacuit.

Philippũ regem macedonũ contra quem demoſthenis tonant philippice/introeuntem ex more cubiculũ vxor excludit irata. Qui excluſus tacuit & iniuriam ſuam verſo tragico conſolatꝰ eſt.

De gorgia a melãcio derriſo q꞉ cũ vxore et ancilla concors viuere nõ poterat cum aliis cõcordiã ſuaderet.

Gorgias rethor librum pulcherrimũ de concordia grecꝫ tũc inter ſe diſſidentibus recitauit olympie. Cui melãcius inimicꝰ eius/hic nobis (inquit) de cõcordia precipit qui ſe & vxorem & ancillulam tres in vna domo concordare non potuit. Emulabatur quippe vxor eius/ancillule pulchritudini & caſtiſſimũ virũ quotidie iurgiis exagitabat. Vnde vt ceſſet inuidia & qes matrimonii reformetur/ditioribus in conſuetudinem verſum eſt: ne quam in domo habeãt pulchriorem.

De ſocrate verberato ⁊ fugato/et lotio ꝑfuſo a duabꝰ rixantibus cũ ipſas vellet cõcordare.

Socrates cum duarum vxorum iurgia vellet reprimere: nouiſſime in eum verterũt impetum: & male mulctatum fugiẽtemqꝫ diu perſecute ſunt: & a ſolio in quo morabantur/poſtmodum lotio perfuderunt. In muliebrem leuitatem ab auctoribus paſſim multa ſcribuntur/ fortaſſe falſo interdum finguntur plurima: nihil tamen impedit ridentem dicere verum: & fabuloſis narrationibus quas philoſophia nõ reiicit exprimere quid obeſſe poſſit in moribus. Ex his enim liquet q̃ facile ament: quanta oderint leuitate: ꝙ cito obliuiſcuntur affectuum: & nature immemores interdũ in filios armentur/interdũ in viſcera ſua.

Mulier pudica rara auis/ et ſilis cigno nigro.

Sunt alique pudiciſſime licet ſatyricus dicat qm̃ rara auis in terris nigroqꝫ ſimillima cigno mulier exacte caſtitatis. Et tragicus nullam eſſe feminam tam pudicam que peregrina libidine vſqꝫ ad furorem non accendatur. Matrona quedam referente petronio epheſi/tam note erat pudicitie: vt vicinarũ quoqꝫ gentiũ feminas ad ſpectaculũ ſui euocaret. Hec ergo cũ virum extuliſſet non contenta vulgari more funus ꝓſequi crinibus ſparſis & turbatis: aut nudatũ pectꝰ in cõſpectu frequẽtie plangere/ in cõditoriũ etiã ꝓſecuta eſt defũctũ: poſitũqꝫ in hypogato greco more corpꝰ cuſtodire ac flere totis diebus noctibuſqꝫ cepit/ſic afflictantẽ ſe ac mortem inedia pſequentẽ: nõ parẽtes potuerũt abducere/ nõ ꝓpinq. Magiſtratꝰ vltimo repulſi abierunt. Comploratqꝫ ſingularis exẽpli femĩa ab oĩbus/quintũ iam diẽ ſine alimẽto trahebat. Aſſidebat egre fidiſſima ãcilla: ſimulqꝫ & lachrymas cõmẽdabat lugẽti: & quotienſcũqꝫ defecerat poſitũ lumen in monumẽto renouabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat ſolũ illud affulſiſſe verũ pudi-

citie amoriſq; exēplū:oīs ordinis homines confitebātur. Tum
interim imꝑator ꝓuincie latrones crucibus iuſſit affigi ſm caſu
lam illam in qua recēs cadauer matrona deflebat. Proxima er-
go nocte cū miles qui cruces ſeruabat/ ne quis ad ſepulturā cor-
pus detraheret:notaſſet ſibi lumē & inter monumēta clari⁹ ful-
gens & gemitū lugētis audiſſet:vitio gētis hūane ꝯcupiit ſcire
quis aut quid faceret. Deſcēdit itaq; in cōditoriū: viſaq; pulcher
rima muliere ꝑmo q̄ſi quodā mōſtro inferniſq; imaginibus tur-
batus ſubſtitit. Deinde vbi & corpus iacentis aſpexit: & lachry
mas cōſiderauit/faciēq; vnguibus ſectam ratus.ſ.id qđ erat deſi
deriū extincti feminā pati non poſſe: attulit in monumētum cē
nulam ſuā:cepitq; hortari lugentē ne perſeueraret in dolore ſu-
peruacuo/ ac nihil ꝓ futuro gemitu pectus deduceret. Omniū
eadem eſſe.ſ.idem domiciliū & cetera quibus exulcerate mētes
ad ſanitatē reuocantur. At illa ignota conſolatione percuſſa:la-
cerauit vehementi⁹ pectus:captoſq; crines ſuper pectus iacētis
impoſuit. Non receſſit tn̄ miles: ſed eadē exhortatione tempta
uit mulierculę dare cibū:donec ancillula/ incertū habeo an vini
odore corrupta primū ipſa porrexit ad humanitatē inuitātis vi
ctā manū/deinde refecta potione & cibo:expugnare dn̄e ꝑtina
ciā cepit. Et quid ꝓderit (inquit) hoc tibi ſi ſoluta inedia fueris:
ſi te viuā ſepelieris:ſi anteq̄ fata poſcāt indēnatū effuderis ſpm̄?
Id cinerem:aut manes credis curare ſepultos:vis tu reuiuiſcere Uerſus.
reluctantibus fatis extinctū? Vis ne diſcuſſo muliebri errore/q̄
diu licuerit lucis cōmodis frui? Ipm̄ te iacētis corp⁹ āmonere de
bet:vt viuas. Nemo inuit⁹ audit:cū viuere cogit̄:aut ſumere ci
bū. Itaq; mulier aliquot dieꝝ abſtinētia ſicca paſſa eſt frāgi ꝑti-
naciā ſuā:nec min⁹ auide repleuit ſe cibo q̄ ācilla:q̄ prior victa ē.
Ceterū ſcitis quid plerūq; temptare ſoleat humanā ſatietatem.
Quibus blāditiis īpetrauerat miles:vt matrona viuere vellet?
Eiſdem etiā pudicitiā eius aggreſſus eſt/nec deformis aut infa
cundus iuuenis caſte videbatur/ācilla grām cōciliāte ac ſubīde
dicēte. Placito ne etiā pugnabis amori? Nec venit in mentem Uerſus.
quorū conſederis aruis. Quid diutius moror. Nec hāc quoq; ꝑ-
tem corꝑis mulier abſtinuit: victorq; miles vtrūq; ꝑſuaſit. Iacue
rūt ergo vna nō tātū illa nocte qua nuptias fecerūt: ſed poſtera
etiā ac tertia die p̄cluſis videlicet conditorii forib⁹ vt q̄ſq; ex no
tis:ignotiſq; ad monumētum veniēs putaſſet expiraſſe ſup cor-
p⁹ viri pudiciſſimā vxorē. Ceterꝝ delectat⁹ miles & forma mu
lieris & ſecreto:q̄cq̄d bōi ꝑ facultates poť at coemebat/& ꝑma ſta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tim nocte ferebat ĩ monumẽtũ. Itaq; vniꝰ cruciati parẽtes: vt vi
derunt laxatã cuſtodiã: detraxerũt nocte pendẽtẽ & ſuꝑmo mã=
dauerũt officio. At miles circũſpectꝰ dũ deſidet: vt poſtero die
vidit vnã ſine cadauere crucẽ: veritꝰ ſuppliciũ/mulieri quid ac=
cidiſſet exponit/nec ſe expectaturũ iudicis ſentẽtiã: ſed gladio
ius dicturũ ignauie ſue cõmẽdãs modo perituro locũ ꝓuideret:
& fatale cõditoriũ familiari ac viro faceret. Mulier nõ minꝰ mi
ſericors q̃ pudica/nec iſtud dii ſinant: vt eodẽ tẽpore duorũ mihi
chariſſimorũ hoĩm duo funera ſpectẽ. Malo mortuũ impẽdere
q̃ viuũ occidere. Scd̃m hanc orationem iubet ex area corpꝰ ma
riti ſui tolli: atq; illi que vacabat cruci affigi. Vſꝰ eſt ergo miles
ingenio prudentiſſime femine poſteroq; die populꝰ miratꝰ eſt
qua ratione mortuus iſſet in crucem. Tu hyſtoriã: aut fabulam
quod his verbis refert petroniꝰ ꝓ libitu appellabis. Ita tamẽ ex
facto accidiſſe epheſi & flauianus auctor ẽ. Mulierẽq; tradit im
pietatis ſue & ſceleris parricidalis/& adulterii luiſſe penas. Nõ
quidem ſolus eſt/in mulierũ ineptiis ridẽdis aut exꝑmẽdis/pe=
Hieronymus. tronius. Scribit beatus Hieronymꝰ quia tote eripidis tragedie
Nota de tra= in mulieres maledicta ſũt/& quidẽ epycurꝰ q̃q̃ methodorꝰ diſci
gediis exigen pulus eius leoncion habuit vxorem/raro dicit ſapienti ineunda
dis contra mu coniugia/quia multa incõmoda ãmixta ſũt nuptiis/& q̃uo diui
lieres. tie & honores & corporũ ſanitates/& cetera que indifferẽtia no
minamꝰ: nec bona nec mala ſunt: ſed velut in meditullio poſita
vſu & euentu: vel bona vel mala fiunt. Ita & vxores ſitas in bo
norum malorũ ve cõfinio. Graue vero eſſe viro ſapienti venire
in dubiũ vtrum bonã an malam ducturus ſit. Si ergo tanta eſt
moleſtia nuptiarũ que proculdubio bone ſũt: & a dño inſtitute:
vt eas ſapiens reformidet/quis niſi demẽs ipſam approbet volu
ptatem que illicita eſt/& tota ꝟſatur in ſordibus/quã hoĩes cul=
pant: & deus ꝓculdubio condẽnabit? Nã cũ he due voluptates
ſcʒ gule & veneris quodãmõ brutorũ ſunt: altera porci ĩmundi=
ciam/altera hirci videt̃ habere fetorẽ. Vt enĩ pudicitia int̃ vir=
tutes eminet: ſic petulãtia in vitiis abiectiſſima eſt: & cum illa
Pudicitie cõ= vtrũq; deceat ſexũ/muliebrẽ tamẽ magis exornat. Siquidẽ do=
mendatio. ctiſſimi viri vox eſt pudicitiã in ꝑmis eſſe retinẽdã: qua amiſſa:
oĩs ꝟtus ruit. In hac muliebriũ virtutũ principatus eſt. Hec pau
perẽ ꝯmẽdat: diuitẽ extollit/deformẽ redimit/exornat pulchrã
Bene meretur/de maioribus/quorũ ſãguinẽ furtiua ſobole nõ
vitiat: bene de liberis: quibꝰ nec de matre erubeſcẽdũ: nec de pa
tre dubitandũ eſt; bene in ꝑmis de ſe: q̃ a cõtumelia corpis alie=

ni vendicat. Captiuitatis nulla maior calamitas eſt q̄ ad alienā libidinem trahi/viros conſulatos illuſtrat eloquētia/in nomen eternū tranſfert gloria militaris/triūphoſq; noue gētis cōſecrat. Multa ſunt q̄ p ſe clara ingenia nobilitēt:mulierū ꝓpe virt⁹ pudicitia eſt. Hieronymus teſtis eſt ꝙ anteq̄ religio xpiana fulgeret in mundo vnicubas ſemp habuiſſe inter matronas decus: p illas fortune muliebri ſacra fieri ſolitū:nullū ſacerdotē bigamū nullum flaminem bimaritum:ierophantias quoq; athenienſiū diutiſſime cicute ſorbitione caſtrari:& poſtq̄ in pontificatū fuerint allecti viros eſſe deſinere. In immenſū pagina ꝓtenderet: ſi ea perſtrinxero q̄ in hac pte tragici:oratores/comici/ſatyrici/poete:vt de philoſophis:ethicis:& theologis taceā ꝓdiderunt. Sed tamen nec omnes iſtos arbitror ſuffeciſſe ad hanc non dico malitiā delendā aut reprimendā:ſed nec ad exponēdā. Si dixero ꝙ multi ſunt expti:quia nec melior pedibus ſilicem que cōcutit atrum q̄ que ſeruorum vehitur ceruice ſirorum. Hoc in iniuriam mulierū dictū malicia calūniabit. Nihil enim melius nichil vtilius muliere pudica:nihil eorū que excogitari poſſūt/iocundius his qui continere non poſſunt aut nolunt. Sed deſipientis eſt ab his laudem ſperare:que veniā recti⁹ merent q̄ gloriā. Si tamen bono moderationis fuerint temperata. Alioquin nō venia:ſed pena. Sed ignominia vtriuſq; libidinis maculā ꝓſequtur/niſi forte decor⁹ habend⁹ ſit qui ī hyrcū trāſformat aut ſuē. Hieronymus.

¶ Q; brutis & inſenſibilibus quidam appetunt conformari:& q̄ta humanitate cum ſeruis viuendum ſit & de trium reliquorū ſenſuum voluptate. Capitulum. XII.

NVlli itaq; animantiū generi rectius conformātur qui ſummū bonū vite in guſtandi & tangendi voluptate ne dicā luxuriam poſuerūt. Ceterū hoc aliorū ſenſuū luxuriam nō excuſat cū manifeſta ſit humane dignitatis abiectio:ſi nō hyrco:aut ſui:ſed leoni aut pardo: ſed pāthere aut ſatyro:ſed pauoni:philomene:aut pſitaco:ſed cuicūq; brutorū aut inſenſibiliū ſtudeat coequari. Siquidē ad angelicā puritatem rectius aſpirabit/qui ī ea creatus eſt dignitate originis: vt in cumulo vere & eterne beatitudinis pfectioni angelice poſſit eſſe conformis. Nam & patrum inconcuſſa ſanxit auctoritas quia natura humane mentis ſolus dn̄s dignior eſt & ꝙ oīa hec que humanus mīratur error vt homini ſeruiāt ab eo facta ſūt/q̄ hoīem fecit:vt eternitatis beatitudiniſq; ſue pticipem faceret. Quis ergo dn̄i pſidentis nō vilipēdat arbitriū:ſi ſeruilē & abie-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN